

ἢ τῶν ἀνοήτων τε οὐδὲ ὁρακοινδύνων; ¶ Πάντα μὲν γάρ,
ἔφη ὁ Σενοφῶν. ¶ Νῦν τοῖνυν νόμιζε αὐτὸν Θερμογε-
γότατον τε εἶναι καὶ λεωργότατον· γέτος καὶ εἰς μα-
χαίρας κυβιστήσειε, καὶ εἰς πῦρ ἄλλοιτο. ¶ Καὶ τί ΙΟ
δὴ, ἔφη ὁ Σενοφῶν, οὐδὲν ποιῶντα, ταῦτα κατέγνωκες
αὔτε; ¶ Οὐ γὰρ γέτος, ἔφη, ἐτόλμησε τὸν Ἀλκιβιά-
δην υἱὸν φιλῆσαι, οὗτος εὐπροσωπότατον καὶ ὀραιό-
τατον; ¶ Ἐνταῦτοι, ἔφη ὁ Σενοφῶν, τοιῶτόν
ἔστι τὸ ὁρακοινδύνον ἔργον, καὶ εγὼ δοκῶ μοι τὸν κίν-
δυνον

editum exstat in ed. Paris., et reperitur in cod. Leidensi, Paris. I et MS. Vindob. 2. In MS. autem Vindob. I est ὄρασεων, quod vere censet Ernestus vitiōse scriptum pro ὁρασέων; addens, nullam ante esse mentionem ὁραστῶν, sed tantum audacis et temerarii: ὁραστῶν esse interpretamentum: nempe Critobulum a Socrate appellatum ὁρασών, quia amaret puerum eumque osculatus esset: mox ὁρακοινδύνος. Alii viri docti, praetertim cum putarent, quamquam perperam, ὁρασέων esse e coniectura Leonclavii, locum coniecturis adiuuare tentarunt. Sic Lennepius ad Phal. Ep. p. 102 reponi vult ἀχρατῶν: Hindenburgius, ὁραστικῶν: quidam apud Simsonem, ἀχολάστων. Ruhnkenius et si non ignorat, ὁρασέων certa nisi auctoritate: mauult tamen ὑβριστῶν, quia ὁρασών vix differat a ὁρακοινδύνῳ, tum σώφρων et ὑβριστῆς centies opponantur, deinde ὁραστῶν non esse ait interpretamentum vocis ὁρασέων, sed ὁρασέων vocis ὑβριστῶν: nam, auctore Suida, ὑβριστᾶς esse τὸς ὁρασεῖς. Sed hae rationes me non mouent ad Ernesti sententiam repudiandam. Nam ὑβριστῶν proorsus est alienum a loci sententia, quia in illo osculo nec ὑβρις rē inerat, nec inesse sinitur, vt reliqua Socratis oratio facile probat, qui tantum spectat periculum hominisque temeritatem. Deinde ὁρασών et ὁρακοι-

δυνος quidem ad idem genus pertinet; nam utriusque periculum est commune; sed differunt ita, vt in illo spectetur ἀλογος ὄρμη, qua quis fertur ad rem, non considerans, sit periculosa nec ne: in hoc autem, neglectus periculi. Quare et repudio Anonymi ap. Simsonem rationem, qui comminiscitur verborum transpositionem inter σωφρονικῶν et ἀνοήτων.

λεωργότ.] Pollux III, 134 habet λεωργότ. Sed et ap. Aeschylum est λεωργ. Prom. 5: ubi v. Stanl., et Alberti ad Hesych. in h.v. et Toupius ad Suid. I, p. 123. Ern. Ante εἶναι ex Paris. I τε inserui.

ἄλλοιτο] Hanc similitudinem, quae ad summum periculum indicandum adhibetur (vid. Sympo. II, II: VII, 3), imitatur Chrysostomus T. I, p. 230 ed. Bened. Καὶ φιλοσόφων δέ τις, οὐδὲν τινα τῶν αὐτῶν συνόντων καταφιλήσαντα νέον εὔμορφον, ἐθαύμασεν, εἰπών· ὅτι καὶ εἰς πῦρ γέτος ὁρασίως ἂς κυβιστήσειεν ὁ ταύτην τολμήσας διὰ τῆς φιλήματος ἀνάφαι ἐν ἔσυντῷ κάμινον: et, teste Ruhnkenio, Aelianus Ep. 16, σὺ μέν μοι δοκεῖς καὶ εἰς πῦρ ἄλλεσθαι, καὶ εἰς μαχαίρας κυβιστῆσαι.

§. IO. ταῦτα] MS 2 τοιαῦτα. Ern.

ἢ γὰρ] Int. Num tibi hoc videatur mirabile? nonne enim etc.

ὁρακοινδύνος] Pro vulgaris ὁρακοινδύνον est in MS. 2 ὁρακοινδύνος, quod praeulerim: nam et ante est

de